

DE VOCE *SPIRITUS* IN OPERIBUS S. THOMAE AQUINATIS

ROBERTO BUSA SI

SUMMARIUM

1. *conspectus lexicologicus.*
 - 1.1. de familia.
 - 1.2. de ipsa voce.
2. *spiritus qui est Deus.*
 - 2.1. Spiritus Sanctus.
 - 2.1.1. occurrit 7000 vicibus.
 - 2.1.2. de eius nomine.
 - 2.2. Spiritus divinus.
3. *spiritus physice vel biologice.*
 - 3.1. ventus vel flatus.
 - 3.2. spiritus vitales.
4. *spiritus ontologice.*
 - 4.1. in universali.
 - 4.2. angelus.
 - 4.3. diabolus.
 - 4.4. anima hominis.
5. *de spiritu et corpore oppositis.*
 - 5.1. distinctis, derivatis et compositis.
 - 5.2. aliae minores significationes.
6. *spiritus in exercitio vitae christianae.*
 - 6.1. syntagmaticae aut possessivae.
 - 6.2. inspirationes speciales.
 - 6.3. inspirationes in generali.
7. *alia syntagmata biblica.*
8. *semantica analysis vocis « spiritus ».*
 - 8.1-3. ipsa analysis.
 - 8.4-6. corollaria.
 - 8.7. specialis typus semanticitatis.
9. *appendix de historia vocis spiritus.*

1. CONSPECTUS LEXICOLOGICUS VOCIS SPIRITUS.

1.1. *De familia vocum cui vox spiritus pertinet.*

In IT I-9 (Index Thomisticus sectio prima vol. 9) in tabula 1, quae voces ordinat ordine consueto, prius perquisivi quaecumque lemmata ut sui initium haberent *spir-* quasi thema graphicum. Inveni: spiritus, spiritualis, spiritualitas; spiro, spiratio, spiraculum, spiratus, spiramen, spiramentum, spirator, spiratrix, spirativus.

Postea in IT I-10 in Tabula 4, quae lemmata ordinat a contrario, scilicet ab ultima littera retrogradiens versus praecedentes, perquisivi voces habentes easdem terminationes ac singulae nuper inventae. Addenda inveni lemmata: aspiro, conspiro, exspiro, inspiro, respiro, suspiro; aspiratio, conspiratio, exspiratio, inspiratio, respiratio; respiraculum; respiratus; inspirator; inspirabilis, respirabilis; inspirativus, respirativus.

In Tabula denuo 1 ulterius perquisivi si quae aliae voces, diversa habentes suffixa, coinciderent in suis praefixis cum aliqua ex singulis nuper detectis. Unum inveni: suspirium.

Tandem respiciens in Tabula 4 quae vocem *suspirium* circumstant, certior factus sum nullam aliam vocem terminari litteris *-spirium*.

Trigintaduo ergo lemmata componunt familiam vocis *spiritus*: simul in ST occurrunt 20.711 vicibus. Spiritus occurrit 12.522 vicibus; spiritualis vero 7019; reliqua sunt voces satellites, simul enim occurrunt 1170 vicibus, nullaue supra 227.

Morphemata autem terminativa flexionis nominalis quae plus quam semel occurrunt sunt: -abilis, -aculum, -atio, -ativus, -ator, -atus, us; semel vero occurrunt -atrix, -ium.

Duo lemmata, spiratus et respiratus, sunt 'non separata a sibi homographis'.

Quattuor lemmata in aliis quidem auctoribus recensitis in IT, sed numquam in ST (S. Thoma) occurrunt: spiratrix, inspirativus, respirabilis, respiraculum.

Ad hanc equidem familiam attendere etiam oportebit eum qui de originaria et propria acceptione vocis *spiritus* inquirat.

1.2. De ipsa voce spiritus.

Duo adsunt in IT lemmata *spiritus*: B76772 nomen proprium et A76773 nomen commune. Horum primum 'non separatum', alterum vero 'non divisum' est. Binomium quidem *spiritus sanctus* potest a reliquis clare separari, sed ea quae dicturus sum ostendent non ubique posse vocem *spiritus*, etiam addita voce *sanctus*, clare et certo, nomini proprio potius quam nomini communi assignari, aut vicissim.

Polimorphiae *spiritum-i* quam Forcellinius refert, nullum ex textibus IT emersit indicium.

In ST spiritus occurrit ergo 12.522 vicibus et 2530 in aliis auctoribus, seu respective 0,1428 et 0,1357 %, relata ad opera omnia utrorumque; sed 0,1486 et 0,1448 % relata ad illa 90 ex 118 ST et illa 43 ex 61 aliorum operibus in quibus reapse vox *spiritus* occurrit.

Inter 128 lemmata communia quae 10.000 occurrendo excedunt, spiritus tenet locum CVIII. Ignoratis verbis ut v.g. *sum* (summam habente frequentiam 466.000) et *debeo*, atque ignoratis vocibus grammaticalibus, en specimen nominum quae frequentia praecedunt, numeris millia significantibus: 42 homo;

40-30 ratio, pecc-atum, bonus; 30-20 virtus, corpus, natura, anima, actus, divinus, res; 19-15 pars, causa, intellectus, dominus, filius (nd), malus, forma, principium, motus; 14-12 species, potentia, pater (nd), voluntas, naturalis, finis, verbum (nd), gratia, materia, spiritus (nd.) Deus autem ut nomen proprium (nd) occurrit 63.000 vicibus.

Intra singulum quodque opus, centesima proportio vocis *spiritus* ad omnes operis voces est 2,6 % in Contra Errores Graecorum, dein 0,5 in Reportatione Super ad Galatas, 0,4 % in sex aliis operibus, 0,3 % in 5 operibus et infra in reliquis.

Sed si quis consideret omnia commentaria biblica simul, quorum voces sunt 28,4 % omnium vocum ST, videbit vocem *spiritus* in his occurrere 5344 vicibus seu 42,6 %: fere ergo dimidia pars occurrentiarum in his adsunt quae paulo plus quam quartam partem operum constituunt.

In commentariis vero ad Aristotelem, quorum voces simul sunt 1.141.084, vox *spiritus* occurrit 22 vicibus tantum, seu 0,175 %: plerumque significatione spirituum vitalium, rarius significatione ventorum aut respirationis.

Quod ad typologiam sermonis attinet, fere dimidia pars agnita est occurrere in citationibus, 4930 ad litteram et 1282 ad sensum; sed et reliquae saepe sunt reminiscentiae biblicae.

Quare in IT 5096 contextus prostant in Concordantia Altera, adunati in 2399 diversa trinomina, cum citationibus ad litteram in ea addantur 166 ubicationes. Ex vero 7426 contextibus ex sermone proprio ST vel ex citationibus ad sensum in Concordantia Prima adunatis, 5223 secundo loco collecti veniunt, utpote habentes ut vocem-clavem syntagma *spiritus+sanctus*, 12 habentes *sanctus+spiritus* et 25 habentes *mediante+spiritu*. Hos reliqui 2166 sub suis quisque formis ordinati praecedunt.

Formae vero in quae lemma *spiritus* flectitur, octo (vel sex) inveniuntur: 6744 *spiritus* et 1 *spiritusque*, 498 *spiritui* et 1 *spirituique*, 2730 *spiritum*, 2272 *spiritu*, 176 *spirituum*, 100 *spiritibus*. Non tamen per suos casus numerandas diviseram voces *spiritus*, *spiritibus*.

His omnibus contextibus singillatim consideratis, plures emergerunt supremae atque ut ita dicam concretae acceptiones vocis *spiritus*, de quibus singulis quaedam praecipua capita sunt exponenda antequam summaria analysis semantica ipsius vocis *spiritus* concludatur.

2. SPIRITUS QUI EST DEUS.

2.1. *Locutio Spiritus Sanctus.*

2.1.1. Loci in quibus hae duo voces, alterutro ordine contiguas, occurrunt, reperiuntur primo inter syntagmata Concordantiae Primae (sunt 5220 + 12 + 4) et dein inter trinomina Concordantiae Alterius, et sunt 1603.

Alios 90 locos repperi inter contextus Concordantiae Primae, in quibus intermedia vox, plerumque coniunctio quaedam, inter Spiritus et Sanctus interponitur. Vide notam¹.

¹ En contextus: 61, 157, 207, 360-1-2, 400, 458, 460, 666, 677, a 912 ad 939, a 941 ad 947, 949, 952, 954, 956, 958-9, 961, 963, a 1012 ad 1019, 1021, 1025, 1028, 1031-2, a 1035 ad 1049, 1052-3, 1092-3, 1408-9-10: in his una particula interponitur. In 1903 interponitur una vox, duae in 782, quinque in 1250: *spiritus, qui est in deo, est sanctus*.

Huiusmodi syntagmata discontinua omisi perquirere in Concordantia Altera: negotium quidem possibile, sed quo, nimium exigens operandi tempus, parvam messem praevideretur allaturum, cum in Concordantia

Ad 7000 ergo locutiones Spiritus Sanctus occurrunt, 56 % vocum *spiritus*. Hos septem millia contextus singulos me examinare oportuit ad confirmandum utrum necne ageretur de correlatione reapse semantica.

Ex quippe 25 syntagmatibus *mediante spiritu*, quattuor tantum sunt de Spiritu Sancto.

Syntagmatis autem *spiritus+sanctus* tres occurrunt non semanticae correlationes: 426: *deo et spiritibus sanctis*; 2410: *cum spiritibus sanctorum*; 4761: *hunc autem spiritum sancti apostoli non receperunt*.

Duodecim syntagmata *sanctus+spiritus* omnia sunt de Spiritu Sancto, sed unum hoc modo 08: *serviunt autem sancti spiritui sancto*.

Inter trinomina Concordantiae Alterius alii huiusmodi casus etiam occurrunt: « ex virtute spiritus sancti spiritus est — spiritum sanctum spiritum veritatis dicit — spiritum sancti tui » (ubi sanctus est Moyses).

Cum inquisitio mea tantum lexicographica et non theologica erat, ex his 7000 contextibus, postquam constabat vere agi de Spiritu Sancto, nihil amplius collegeram praeterquam explicationes ST de valore nominis *Spiritus Sanctus*.

2.1.2.

De ipso nomine *Spiritus Sanctus*, ST dicit a-1578: *est quaedam circumlocutio inventa ad exprimendum personam* (ex In 1 Sent. d. 18 q. 1 a. 5 ra2): scilicet periphrasis constructa ex duabus vocibus communibus. Etiam Pater et Filius sunt spiritus et sunt sancti.

Prima, contra 5236 occurrentias contiguas, tantum 90 emergerint discontinuae.

Pluries praeterea admonet voces *Spiritum* et *Spiritum Sanctum* posse dici vel essentialiter seu naturaliter vel personaliter. Personaliter dictae significant tertiam Trinitatis personam tantum; naturaliter vero dictae significant essentiam seu naturam divinam communem tribus personis. Hodie nos primas vocaremus nomen proprium, alteras nomen commune. Sed quid ST intellexerit per syntagma 'nomen proprium', quo interdum utitur, requireret attentam inquisitionem.

In vita trinitaria ad intra pauca nomina relative aliis opposita possunt dici exclusive de Tertia Persona; quaecumque autem significant operationes ad extra seu in creaturas, possunt et debent de Deo et de singulis Personis in communi dici. Ex his tamen quaedam possunt 'appropriari' uni potius quam alii Personae, ut v.g. Spiritui Sancto opera amoris. Documenta vide in nota².

Ex opposito, in Contra Errores Graecorum p. 1 c. 13 adest singularis quidam articulus, theologicus pariter et hermeneuticus: « Quomodo intelligitur quod dicitur quod nomine Christi intelligitur Spiritus Sanctus ».

2.2. *Spiritus divinus.*

Alios fere 500 contextus seposui in quibus nomini *spiritus* non additur quidem nomen *sanctus*, sed contextus clare ostendit

² De nominando Spiritu Sancto personaliter vel essentialiter, vide 161, 654-5, 659, 664, 773, 820, 998, 1226, 1233, 1313, 1347, 1368, 1401, 1420, 1465, 1720, 1773. Vide etiam hos locos: In 1 Sent. d. 10 q. 1 a. 4 co; d. 34 q. 3 a. 2 exp. textus; Secunda Secundae q. 14 a. 1 co; Rep. In Psalmos p. 50 n. 6 inde a l. 139. De ipso vero nomine Spiritus Sancti ST agit ex professo in Prima q. 26 a. 1 « utrum hoc nomen Spiritus Sanctus sit proprium alicuius personae »; q. 37 a. 1 « utrum amor sit proprium nomen Spiritus Sancti »; et in Comp. Theol. L. 1 c. 46 « quod amor in Deo dicitur Spiritus ».

agi vel de Spiritu Sancto vel tandem certo de spiritu divino, quacumque ratione. Documentum horum locorum invenies in nota.³ In his interdum nulla, interdum variissimae determinationes afficiunt vocem *spiritus*: summus spiritus, spiritus Dei, spiritus Christi, spiritus adoptionis, bonitatis, charitatis, fortitudinis etc.

De his opus lexicographicum me iudicavi consummasse eos a reliquis contextibus per singillatam considerationem separando. Nec multo plura quis inde pressius exprimere potuisset, nisi

³ Adiudicavi spiritum esse spiritum divinum in: 58-9; 70-1; 77-8; 89; 91; 99; 101; 104-5-6; 108; 110; 112; 114; 120; 121-2; 128-9; 130; 132; 134-5; 137; 142-3-4-5-6; 149; 154; 158-9; 160; 163; 170; 172; 178-9; 182; 187-8; 191; 197-8; 219; 231; 237-8-9; 243; 246; 248-9; 252; 255; 258; 263; 267; 270; 272-3-4; 276; 287-8; 290; 295; 304; 307-8; 311-2-3; 318-9; 321; 329; 332; 335; 337-8-9; 340-1-2; 348; 351-2; 355; 365; 368; 375-6-7; 387; 389; 442; 454; 460; 471; 474; 477; 480; 486; 493-4; 497-8; 500-1; 503; 506; 508-9; 510; 514-5-6-7; 520; 527; 570; 622; 624; 643; 653; 658; 665; 669; 671; 673; 676; 680-1-2-3-4-5-6; 692-3; 695; 699; 704-5; 710-1-2; 723-4; 732; 740-1-2; 745; 749; 751-2; 755; 758-9; 768; 772; 775-6-7-8; 783; 786; 788; 793-4-5-6; 802-3-4-5; 810-1-2-3-4; 816; 819; 821-2; 828-9; 831-2-3-4-5-6-7; 841; 843-4; 846; 851-2-3-4-5-6; 859; 860; 864; 866-7-8; 873; 878; 883; 887; 891; 894; 900; 905; 940; 953; 955; 964; 968; 979; 982-3; 1004-5; 1009-10; 1030; 1033; 1054; 1056; 1083; 1087; 1089; 1103; 1116-7; 1121; 1132-3; 1137-8; 1140-1; 1146; 1153; 1155-6; 1165; 1167; 1170-1-2; 1175; 1177; 1181-2; 1206-7; 1231; 1237; 1246-7; 1251; 1254; 1269; 1281; 1296; 1305-6; 1310; 1318; 1337; 1340; 1358; 1364; 1371-2-3-4; 1376; 1381; 1385; 1387-8; 1392-3; 1398; 1404; 1407; 1411; 1413; 1419; 1427; 1455-6-7; 1464; 1470-1; 1518; 1526; 1537; 1576; 1582-3-4-5-6-7; 1595-6-7-8-9; 1602; 1604; 1620; 1626; 1631; 1641-2; 1645; 1655; 1663; 1666; 1670-1-2; 1681; 1706; 1717-8-9; 1721-2; 1759; 1760; 1765; 1770-1-2; 1774-5-6; 1778-9; 1780-1-2-3-4-5-6-7-8-9; 1801-2-3; 1806; 1810; 1812; 1814; 1816-7; 1819; 1834-5-6; 1841; 1848; 1853-4-5-6-7-8-9; 1860; 1864; 1868; 1869; 1875; 1877-8-9; 1888-9; 1893-4-5-6-7; 1905-6-7; 1922; 1927; 1932; 1940-1-2; 1946; 1951; 1957; 1959; 1960; 1963-4-5-6-7-8-9; 1971; 1973; 1977-8-9; 1983-4; 1993; 1995-6; 1999; 2000-1-2; 2011; 2014; 2017-8-9; 2027-8-9; 2031; 2038-9; 2041; 2043.

invadendo provincias theologiae aut exegesis biblicae, attentis praeterea etiam iis quae in concludendo dicturus sum de vocibus 'apertis'.

3. SPIRITUS ACCEPTIONE PHYSICA VEL BIOLOGICA.

3.1. *Ventus vel Flatus.*

In ferme 50 locis spiritus significat vel ventum vel hominis flatum. Documenta vide in nota ⁴.

Ex his sunt notabiles: 789: *ponebant extra coelum aerem vel spiritum infinitum*; 1077: *spiritus et siccitates*; 1890: *spiritus sicci ardoris qui est flamma*.

Ventus interdum metaphorice sumitur: 1824: *dei vindicta dicitur ventus irae eius* et vide cont. 132; 1536: *cum (homo) sit spiritus vadens et non rediens*. Pluries etiam ST discutit utrum Genesis verba « Spiritus Dei ferebatur super aquas » significant ventos etiam corporeos aut solam actionem Spiritus divini, nihil de agente creato dicendo. Vide notam ⁵.

Spiritus significat respirationem in 496, 720, 744.

Significat flatum emittendae vocis (italice 'fonazione') in decem locis, quorum documenta vide in nota ⁶.

⁴ Spiritus significat ventum vel flatum in: 155, 165, 222, 656, 744, 980, 985, 992, 1002, 1077, 1094, 1128, 1446-7-8, 1589, 1590, 1735.

⁵ Horum documenta vide in 717, 746, 1523, 1577, 1603, 1605, 1710, 1891, 1937.

⁶ De spiritu formante vocem vide in: 637-8-9; 640, 668, 784, 1008, 1011, 1284, 2059. Prima Secundae q. 44 a. 1 ra2.

Alii praeterea eminent contextus statuantes analogiam inter humanam formationem vocis et trinitariam dictionem Verbi, de quibus vide notam ⁷.

De spiritibus aspero et leni in pronuntiando mentio occurrit in 1273, 1384, 2052 ex De Fallaciis c. 9.

3.2. *Spiritus vitales.*

Multo frequentius, fere 170 vicibus, spiritus significat illas vires et impulsiones in corpore humano quas posteriores auctores syntagmate stabilito appellaverunt *spiritus vitales*. Documenta vide in nota ⁸.

Hoc eodem binomio ST utitur quater in singulari et quinque in plurali, scilicet raro, in 636, 1058, 1256, 1432-3, 1438, 1488, 1830, 1901, cum vox *vitalis* occurrat in ST 90 vicibus, quarum 34 in citationibus. Vocantur autem denominative: spiritus vitae (692, 689, 790), spiritum vitae rationalem (634-5, 657, 662, 670, 1487), vivificans (1652), spiritus animales (1029, 1507, 1555), corporei animales (1562), corporales - corporei -

⁷ De humana et Trinitaria dictione verbi vide in: 1050, 1451-2-3 et 1811. Locos autem in: In 1 Sent. d. 11 q. 1 a. 1 ra4; Contra Gent. L. 4 c. 46 n. 2-3; Prima q. 36 a. 2 ra5; Tertia q. 6 a. 6 ra3; Comp. Theol. L. 1 c. 219 a linea 40.

⁸ De spiritibus vitalibus vide in: 2, 4, 5-6, 9, 12, 24, 31-2-3-4, 49, 64, 83, 95, 194-5-6, 211-2-3-4, 256-7, 259, 260, 403-4, 466, 621, 634-5-6, 642, 651, 657, 660-1-2-3, 670, 678, 689, 691, 725-6, 728, 738, 748, 790, 874-5, 882, 965, 1029, 1058, 1063-4-5, 1068, 1072-3, 1075-6, 1081, 1086, 1115, 1126, 1143-4, 1234, 1239, 1244, 1253, 1256, 1279, 1330, 1333-4-5, 1339, 1343-4, 1417, 1432-3, 1438-9, 1441, 1449, 1486-7-8, 1507, 1544, 1555-6-7-8-9, 1560-1-2, 1606-7, 1614-5-6-7, 1652, 1707, 1723-4, 1736 1739, 1749, 1755-6, 1829-30, 1847, 1849, 1901-2, 2055, 2058, 2060-1, 2063, 2065-6-7-8-9, 2071-2-3-4-5-6-7-8-9, 2080-1, 2083-4-5-6, 2088-9, 2090, 2093-4, 2097, 2105, 2107-8, 2133, 2135, 2137, 2144-5, 2148-9, 2150, 2155, 2159, 2161, 2163.

corporis (404, 691, 725, 738, 1707, 2065; 1724; 678, 2161), naturales (1847, 1849), sensuales - sensibiles - sensitivi (24; 31, 34, 1723, 2085, 2108; 32-3): in reliquis vero 130 locis vocantur spiritus absolute, sed saepe associati ut 'spiritus et humores' (16 vicibus) aut 'spiritus et calor'. Quare binomium spiritus vitalis in ST non adhuc videretur consistere ut syntagma iam stabilitum.

790: *ponebant animam mundi quasi spiritum vitae totius mundi* (In De Trin. Bo. p. 2 q. 3 a. 4 co1).

1555-1562: *spiritus animalis est proximum instrumentum animae in operationibus quae per corpus excercentur*;

1606-7: *primum instrumentum virtutis motivae est spiritus, ut dicit philosophus* (in De motu animalium 703a 9s: *échonta pneûma sýmphyton*) (Prima q. 76 a. 7 ra1-2).

In 2 Sent. d. 17 q. 3 a. 1 et in Prima q. 76 a. 7 ST controvertit utrum necne hae vires vitalitatis biologicae sint corpus habens naturam 'quintae essentiae' scilicet eandem ac materia subtilis caelorum, ut lux ...

Non autem perquisivi quid significet locutio 'circumvoluto spiritu visibili' (cont. 294 ex In Caelo et Mundo L. 2 1.12 n. 6): cur sol videatur circumvolvi iis qui oculos in eum figunt.

2037: *inter omnia quae multos spiritus generant est vinum*.

1736: *propter vehementem affectionem invidiae vel irae vel odii, ut plerumque accidit in vetulabus, inficiuntur spiritus [...]* (ex De Malo q. 16 a. 9 ra13): memorabatur ST alicuis sui conflictus cum quadam vetula terribili?

Plura autem de his spiritibus documenta praebentur in nota⁹, illorum gratia qui velint de his vitalibus spiritibus scire quid ST censuerit.

4. SPIRITUS IN ST PHILOSOPHIA SEU ONTOLOGICE.

4.1. *In universali.*

In 60 locis, quorum documenta vide in nota¹⁰, spiritus videtur significare generatim quamlibet rem seu 'substantiam' scilicet aliquod activitatis principium et terminum, quod non physice tangibile et extensum sit ut sunt quae corpora vocamus, sed his potentius, durius atque rerum, spatiorum et temporum dominator.

Textus excerpti clare praebent scalam harum realitatum: in summo Deus, spiritus purissimus seu increatus creans; postea veniunt illae intelligentia seu puri spiritus creati quos angelos vocamus quorumque aliqui sua culpa se malos fecerunt; tandem illi incorporati spiritus qui nos homines sumus. Doctrina ST de his est ingens, cohaerens et passim sparsa.

Nulla in his locis mentio materialistarum praeterquam quod

⁹ De eisdem vide locos: In 2 Sent. d. 17 q. 3 a. 1 ra3; d. 18 q. 2, a. 3 co a l. 100; In 4 Sent. d. 49 q. 3 a. 2 co a l. 90; a. 5 qc. 1 ra3; Prima q. 76 a. 7 ra1-2; Prima Secundae q. 44 a. 1 ra1; De Pot. q. 3 a. 11 ra8; De Malo q. 16 a. 9 ra13; De Anima a. 8 ra1,8; a. 9 co; In Job c. 17; In ad Eph. c. 5 l. 7 a l. 25.

¹⁰ De spiritu ut de realitate superiore quam corpus est vide in: 14, 21, 23, 27-8-9, 30, 36, 50, 96, 102, 119, 277, 284, 406, 409, 615, 765-6-7, 770-1, 984, 1118-9, 1360, 1425, 1444, 1467-8, 1504-5-6, 1552, 1766-7-8-9, 1794-5-6-7-8-, 1808, 2057, 2082, 2095, 2104, 2123, 2147, 2154, 2164-5.

sadducaeorum ex Evangeliiis, qui « neque credebant esse angelos neque spiritus » sed utique Deum: 525-6, 779, 2040.

Mentio spirituum quos pagani deos vocabant occurrit in 13, 1257 et 2064.

In De Subst. Separatis c. 20 fit mentio angelorum et daemoniorum iuxta Apuleium, platonicos et alios.

Exinde evidens unicuique fiet adiectiva ' inferior, superior, summus ' dicta de spiritu vel spiritibus, interdum valere de homine, angelis, Deo, interdum solum inter angelos, interdum de homine et angelo.

Ad exemplum mixtionis inter stylum auctoris commentantis et auctoris ' commentati ' adduco ex In De Div. Nom. c. 2 1.4: 1360: *divinus tamen spiritus est supercollocatus super omnem intelligibilem immaterialitatem angelorum vel animarum*: quae verba sonant sollemniora quam ST mos est.

4.2. *Angelus.*

In circa 130 contextibus, de quibus vide nota ¹¹, spiritus significat angelos sensu christiano: 1314: *angelus qui est totaliter spiritus.*

¹¹ Spiritus sunt angeli in: 1, 10, 11, 16-7, 26, 35, 37-8, 40-1-2-3, 46, 51, 54-5-6, 103, 123, 125, 215, 254, 296-7, 405, 422, 427, 456, 727, 876, 901-2, 906, 987, 1062, 1095, 1109, 1125, 1136, 1199, 1201, 1209, 1213-4, 1221, 1223, 1228, 1236, 1252, 1255, 1274, 1291, 1307, 1336, 1348, 1352, 1434, 1440, 1481-2-3-4-5, 1493, 1508, 1541-2, 1567-8-9, 1570-1, 1611-2, 1656, 1658, 1685-6-7-8-9, 1708-9, 1711, 1715, 1754, 1813, 1818, 1821-2-3, 1827, 1831-2, 1928, 2056, 2062, 2070, 2087, 2091, 2096, 2099, 2101-2, 2111-2-3-4-5, 2120, 2124-5, 2127-8-9, 2130-1, 2139, 2140-1-2-3, 2146, 2151-2-3, 2156, 2162, et in syntagm. a-426.

Hi contextus multam quidem continent doctrinam, quam innuo in nota¹²; lexicographice vero non multa praebent, praeter 'campum notionalem' diversorum nominum angelos significantium: 1057: *dicuntur caelestes essentiae, et angeli et spiritus et divinae mentes et divini intellectus et caelestes animi [...]* (ex In 2 Sent. d. 9 q. 1 a. 4 ra4).

4.3. *Diabolus.*

In plus quam 100 contextus, de quibus vide notam¹³, spiritus significat daemones sensu christiano, interdum sine addito, interdum cum adiectivis: immundus, malus, mendacii, pythonis (753) etc.

Etiam de his locis opus lexicographicum celerius absolvitur quam opus doctrinale. Legens v.g. De Malo q. 16 a.1 « utrum

¹² Doctrina thomistica de angelis sic posset italice resumì: « Vi si ritrova quella informatica universale che Dante ha messo in poesia: Dio ha creato un gruppo di intelligenze 'extraterrestri' cui subdelega e suddivide la programmazione e la direzione tecnica dei regni della natura. Gli angeli mettono in opera i « cieli », cioè le forze e le leggi di base dei processi fisici, vitali e psichici. In questi processi spazio-temporali sono inseriti gli uomini, per i quali gli angeli fungono da procuratori, messi, corrieri e uscieri da parte di Dio. Il destino degli uomini è prima un tempo per apprendere a comandare alla materia e a pilotare il proprio corpo e poi — nella vita eterna — esprimersi, con tutte le libertà dell'amore per il bello, inventando e programmando come gli angeli e con gli angeli orchestrando e giocando con spazi e tempi e galassie e fisica e chimica e pesci e fiori e i nuovi cieli e la nuova terra, per esprimere la gioia d'amare l'Essere e la Vita che sono il Padre, il Figlio e lo Spirito Santo ».

¹³ Spiritus sunt daemones in: 3, 7, 8, 15, 44-5, 48, 52-3, 109, 111, 113, 124, 126-7, 133, 136, 138-9, 141, 164, 174, 185, 189, 228, 281, 286, 306, 327, 346-7, 440, 487, 731, 753, 823, 899, 957, 1112, 1152, 1173, 1241, 1245, 1249, 1280, 1289, 1292, 1301, 1325, 1424, 1437, 1473, 1485, 1508, 1539, 1546, 1572-3-4, 1613, 1637, 1650, 1673, 1678, 1712-3-4, 1716, 1732, 1738, 1763-4, 1804, 1807, 1822-3, 1826, 1833, 1913-4, 1919, 1925, 1950, 1952-3, 1970, 1982, 2030, 2051, 2110, 2116, 2126, 2157.

daemones habeant corpora naturaliter sibi unita », quis introspicere valebit quibus gradibus doctrina christiana pervenerit tandem ad affirmandam puram spiritualitatem angelorum et daemoniorum.

Multa adest etiam doctrina de inter-actione daemonum cum mundo et hominibus et multa de magia: v.g. De Pot. q.6 a.10, De Malo q. 16 a. 11.

In Secunda Secundae q. 25 a. 11 discutit utrum christiana charitas sit etiam in daemones exercenda ...

Locus nuper citatus ex De Pot.: 1712, 1716: *Augustinus dicit, quod alliciuntur daemones in his rebus, non tamquam animalia cibis, sed quasi spiritus signis* est notabilis si comparatur modernis de signo studiis, ut est recens opus prof. P. Mugnai, et insuper si sumitur ut indicium quod ST agnoscebat naturam spiritualem in arte excogitandi signa et symbola.

4.4. *Anima hominis.*

In plus quam 200 contextibus spiritus significat, diversimode, animam hominis.

Saltem 120 loci, de quibus vide notam¹⁴, significant animam complexive, ut 'substantiam', vel in corpore vel separatam, beatam vel damnatam.

¹⁴ Spiritus significat animam hominis in: 18-9, 25, 81, 102-3, 107, 117, 156, 242, 244, 257, 275, 280, 282, 292, 298, 408, 430, 573, 730, 733, 774, 781, 809, 892, 913, 951, 967, 969, 971, 974, 978, 993, 1082, 1106, 1113, 1124, 1131, 1135, 1150-1, 1164, 1186, 1188-9, 1191-2-3-4, 1200, 1240, 1243, 1268, 1282, 1288, 1290, 1303-4, 1308, 1323-4, 1345, 1349-50-1, 1354, 1386, 1397, 1403, 1416, 1491-2, 1494, 1513, 1519, 1531, 1545, 1549, 1551, 1575, 1594, 1644, 1649, 1664-5, 1683-4, 1694, 1696-7, 1703-4-5,

Alibi spiritus significat animam ut cor et centrum emotionum et aspirationum et desideriorum: « unit spiritum ad sanctitatem — fervor spiritus — accipitur spiritus pro voluntate hominis — homines concordantes esse unius spiritus — propter spiritus inquietudinem [...] »: vide notam ¹⁵.

Alibi spiritus significat animam humanam Christi: 76, 357, 465, 729, 1142.

455, 482-3, 539: *licet vir non differat secundum spiritum a muliere, tamen [...]*.

Cognatio spiritualis, v.g. patrini cum baptizato, vocatur propinquitās seu unio spiritus: 1129, 1157-8.

In aliis fere 60 contextibus spiritus significat mentem, rationem, intellectum, cogitationes etc. ut partem superiorem hominis et animae: vide notam ¹⁶.

1711, 1734, 1737, 1754, 1757, 1799, 1800, 1815, 1820, 1863, 1865, 1904, 1923, 1944-5, 1958, 1972, 1976, 1997-8, 2005, 2053, 2117, 2121, 2132, 2166, et in syntagm. a-2410.

¹⁵ Spiritus videretur significare potius animum seu cor hominis in: 93, 204, 224, 310, 328, 457, 534, 997, 1174, 1219, 1285, 1402, 1442-3, 1520, 1828, 1992.

¹⁶ Dottrina thomistica de anima sic posset italice resumì: « l'anima è *forma substantialis* del corpo dell'uomo. È cioè una personalità cosciente e padrona di sé, che possiede però anche un complesso di inconsapevoli funzioni logiche ed energetiche di cui programmatori superiori la hanno istruita quasi sistema operativo nell'hardware della macchina del corpo. In essa anima ST vede due faccie: una lo *spiritus brutalis* (1742-3-4-5), insieme di forze inconsapevoli che muove e norma la vita e la psiche, una lo *spiritus rationalis*, cioè il pensiero, che egli schematizza come consapevolezza di sé e come forza d'amare il bello, cioè come intelletto e volontà. Questo *spiritus rationalis* è immagine di Dio *a*. perché si esprime con la materia a cui comanda, e *b*. perché comunica col mondo dei valori e delle realtà superiori e spirituali ».

De spiritu ut mente vide in: 62, 66, 72, 86, 153, 186, 209, 210, 241,

Quare ST interdum sic loquitur ut homo duobus scilicet anima et corpore, interdum vero tribus constet, scilicet anima et spiritu et corpore: vide notam¹⁷.

Hic spiritus qui est animae pars suprema, a ST etiam conscientia vocatur: 1190: *conscientia dicitur esse spiritus, idest spiritus nostri instinctus, prout spiritus ratio dicitur*, vide etiam 1217, 1300, 1312, 1489, 1701-2.

Locutio *spiritus imaginarius* ducit in profundiora psychologiae anthropologicae ST: 1740, 1741.

In De Malo q. 16 a. 12 vide v.g. possibilitatem humanam effingendi imagines interiores.

5. SPIRITUS CORPORI CONTRAPPOSITUS.

In ferme 220 aliis contextibus spiritus opponitur explicite corpori. Ingens in his doctrina continetur. Vide notam¹⁸.

266, 289, 354, 472-3, 576, 850, 869, 960, 981, 990-1, 1000, 1003, 1020, 1055, 1091, 1098, 1105, 1111, 1166, 1218, 1220, 1271-2, 1331-2, 1383, 1405, 1495-6, 1499, 1608-9, 1624, 1742-3-4-5, 1867, 1870-1, 1988-9-90-1.

¹⁷ De homine ex corpore et anima aut ex corpore, spiritu et anima, vide in: 74, 107, 117-8, 147, 169, 282, 285, 317, 330-1, 605, 975-6, 1147, 1262, 1657, 2049, 2050.

Vide etiam locos: De Spirit. Creaturis q. un.; In 1 Cor. c. 2 l. 3 inde a l. 150; In Ad Eph. c. 4 l. 7 inde a l. 125; In Hebr. c. 4 l. 2 a. lineis 270 et 370.

¹⁸ Oppositionem corporis et spiritus vide in: 47, 68, 74, 94, 107, 117-8, 147, 168-9, 216, 242, 280, 282, 285, 317, 330-1, 358, 363, 369-70, 378, 381-2, 384, 388, 390-1, 397, 399, 401-2, 410-1, 414-5-6-7-8-9, 421, 424, 428-9, 432-3-4-5, 437-8, 443, 451, 463-4, 479, 505, 550, 552, 563, 568, 578, 605, 611-2-3-4, 616-7-8-9-20, 623, 625, 631, 718-9, 721, 735-6, 760, 762-3, 769, 780, 879, 885-6, 889, 909, 911, 975-6, 994, 999, 1024, 1061, 1070-1, 1078, 1096, 1104, 1107, 1114, 1134, 1147, 1159, 1168-9, 1195, 1198, 1203-4, 1211, 1213, 1227, 1242, 1262, 1275-6-7, 1311, 1319, 1321, 1326-7-8-9, 1341-2, 1353, 1355, 1389, 1391, 1394-5, 1406, 1418, 1421-2,

5.1. *Distinctis, derivatis et compositis.*

Pro ST haec oppositio non est, manichaea ratione, radicalis: 721: *corpus bonum, spiritum creatum melius*; sed est per derivationem seu 'participationem': corpora creantur a Spiritu quem Deum vocamus et sunt ipsius excogitationes et expressiones: materia est minima expressio spiritus. Vide 68, 438, 762-3, 1096 ... In Contra Gent. L. 4 c. 42 n. 3: «Creaturae nihil aliud sunt quam realis quaedam expressio et repraesentatio eorum quae in conceptione divini Verbi comprehenduntur»: vide *RES. III Colloquio Internazionale*, 1980, p. 110.

Tamen ne Deus quidem valeret corpus immutare in spiritum: 611.

Inter spiritus (angelos et daemones) qui sunt purum cogitare purumque velle, dantur naturae graduales diversitates specificae, quas consequitur hierarchia in communicando: vide notam¹⁹.

De modo quo spiritus est et operatur in spatiis et locis vide v.g. De Subst. Separatis c. 19.

Multa alia dicuntur de ratione qua spiritus possint manipulare corpora, vel corpora possint manipulare spiritus (magia), de sensu quo angeli apparendo vel Christus resurrectus potuerint manducare, de modo quo daemones et animae damnatae pati possint ex igne inferni et alia multa. Vide notam¹⁹.

1426, 1435-6, 1458, 1466, 1472, 1474-5-6-7-8-9-80, 1500-1, 1509, 1510, 1528-9, 1532-3, 1540-1-2-3, 1545-6-7-8, 1550, 1553-4, 1564, 1591-2-3, 1610, 1638, 1675-6-7, 1679-80, 1682, 1695, 1698-9, 1700, 1726-7-8-9-30-1, 1733, 1746-7-8, 1750-1-2-3, 1758, 1761-2, 1908-9-10, 1917, 1931, 1933, 2103, 2109, 2119, 2158, 2160.

¹⁹ De hierarchia naturae in angelis vide in v.g. Prima qq. 108, 109.

De inter-actione spirituum et corporum vide in: 47, 384, 399, 401-2, 410, 418, 464, 505, 735-6, 769, 1553, 1591-2-3.

Alia notabilissima ST dicit de homine ut composito vel ex corpore et anima vel — quod est idem — ex corpore, spiritu et anima.

Haec unio habet similitudinem cum unione inter animam et Deum in visione beatifica, in qua Deus et homines fiunt unus spiritus per modum obiecti immediate attacti et amati.

Haec unio renovabitur per finalem resurrectionem, in qua anima 'spiritualizabit' corpus.

Et in Eucharistia corpus Christi 'spiritualizatum' exercet functiones et munera spiritualia. De his omnibus vide notam ²⁰.

5.2. *Aliae minores significationes.*

Quidam contextus innuunt acceptiones quasdam derogatorias vocis *spiritus*, quando scilicet connotat animositatem, impetuositatem, rigorem et inflationem animi: vide 65, 908, 1210, 2024, 2037. Nullum vero inveni laudatoriae connotationis usum, ad instar vocis anglicae 'wit' aut italicarum locutionum 'uomo di spirito - presenza di spirito'.

Sed in tribus saltem locis *spiritus* id significat quod etiam nos familiariter vocamus phantasma: adhuc vide notam ²⁰.

²⁰ De unione corporis et animae ut imagine unionis animae cum Deo vide in: 880, 885, 1472, 1554. Locos vide in: In 2 Sent. d. 1 q. 2 a. 4 co; In 4 Sent. d. 43 q. 1 a. 1 qc. 3 ra2; d. 49 q. 2 a. 1 co in fine; De Ver. q. 8 a. 1 co in fine.

« Qui adhaeret Domino unus spiritus est » (S. Paulus in 1 Cor. 6, 17) vide in: 439, 970, 972-3, 1809. Locos vide in: In 3 Sent. d. 35 q. 2 a. 1 qc. 3 co; Prima q. 112 a. 1 ra4; Secunda Secundae q. 27 a. 4 ag2; Comp. Theol. L. 1 c. 214 a linea 70 et sub metaphora cibi in 521, 1122, 1370 ex Rep. Super Joh. c. 6 l. 3 inde a linea 150. De corpore et anima in resurrectione vide in: 280, 414-5, 417, 419, 421, 612-3-4, 617-8, 620, 623, 625, 631 ... Locos vide in: In 4 Sent. d. 44 q. 2 a. 2; Contra Gentiles L. 4 c. 84.

6. SPIRITUS IN EXERCITIO VITAE CHRISTIANAE.

6.1. *Spiritus syntagmatice aut possessive.*

In fere 40 contextibus spiritus in casu obliquo syntagmatice occurrit sine addito, cum vel sine praepositione, in contrappositione aut singulatim:

734, 825: *secundum spiritum, secundum corpus*; 192-3, 216: *in spiritu, in corpore*; 88: *mortui corpore, vivunt spiritu*.

453, 488, 524, 535, 756: *secundum spiritum, secundum carnem*.

190: *in spiritu uniri*; 217: *in spiritu accidere*; 202-3: *adoratio in spiritu*; 210: *in spiritu fuisse*; 240: *ostensa in spiritu*; 218: *in spiritu, hoc est in phantastico animae*, 698 *per spiritum*. (Locus incertus est 234).

66, 69, 251: *spiritu orare*; 349-350: *spiritu ambulare*; 265: *fit spiritu, idest propria voluntate per instinctum spiritus sancti*; 314: *spiritu praesens*; 1396: *spiritu vobis intersum*.

522-3: *quae sunt secundum spiritum*; 797-800: *interius secundum spiritum*; 839: *intelligatis secundum spiritum, idest secundum spiritualem sensum*.

In his locis obviam occurrit doctrina de raptibus in spiritu secundum Scripturas, quam vide v.g. in De Ver. q. 13.

De corpore Christi eucharistico vide 1311, 1679, 1680, et in In 4 Sent. d. 10 q. 1 a. 3 qc. 3 ra3; Tertia q. 75 a. 1 ra1 et 4.

De spiritu ut phantasmate vide in: 537: *spiritum vel phantasma*; 787: *existimabant se spiritum videre*; 2118: *visio umbrarum et visio spirituum apparentium*. Locum v.g. vide in In 3 Sent. d. 21 q. 2 a. 4 qc. 2 co.

Haec syntagmata possent italice verti *nell'anima, con l'anima, secondo le aspirazioni dell'anima* aut *nello spirito, con lo spirito, in spirito, secondo lo spirito*: subintelligitur tamen saepe multiplex designatum: anima — mota a Spiritu — ad bonitatem. Hi, enim, contextus facile verificant illum typum semanticitatis de quo infra.

Triginta contextus continent vocem *spiritus* cum adiectivo vel genitivo possidentis:

'spiritus meus, noster, vester, suus, proprius' significant animam hominis alicuius.

Sed etiam Spiritus Sanctus potest dici esse noster, sicut dicimus Pater Noster. Numquam tamen Verbum Dei possemus filium nostrum appellare. Vide notam ²¹.

Sed in circa 24 contextibus dictio 'ex spiritu proprio, ex spiritu suo' adhibetur ad significandam prophetiam 'falsam', scilicet non inspiratam a Spiritu Dei, ut infra dicam.

Dictiones *spiritus Danielis* (840) et *spiritus Eliae* (229, 230, 232, 1099, 1460-1, 1725, 1924 et vide 1837) in suis contextibus videntur denuo significare non modo animam illorum, sed in ea etiam praesentiam et inspirationem Dei.

6.2. *Spiritus qui inspiratio specialis.*

Circa 70 contextus loquuntur de spiritu prophetiae, prophetarum, prophetali, prophetico: 1263: *spiritus qui dat prophetias*, 426: *spiritui prophetiae idest dono prophetico*.

²¹ De spiritu nostro et proprio vide in: 226, 268, 283, 289, 373, 396, 489, 490-1-2, 529-30-1-2-3, 538.

Quod Spiritus Sanctus possit dici noster vide in: 1184-5, 1187, 1460. Vide In 1 Sent. d. 18 q. 1 a 5; Prima q. 36 a. 1 ra3. 1108 et 1185: *spiritus importat rationem principii inquantum a spiritu est inspiratio, propter quod potest dici spiritus noster*.

In nota ²² loci aliqui selecti indicantur in quibus ST doctrinam suam de prophetia declarat. Fere media pars illorum agit de distinguenda inspiratione prophetica vera a supposititia.

De inspiratione autem hagiographorum, hominum scilicet qui divinitus inspirati sacras scripturas conscripserunt, in quibus propterea Deus per homines loquitur et scribit, non adiungo in nota 22 nisi illos contextus in quibus variis formis ST repetit celebre effatum exegeticum Sacras Scripturas eo esse interpretandas Spiritu quo editae fuerunt.

6.3. *Spiritus qui inspiratio in genere.*

Ut praecedentia, etiam omnia ea quae sequuntur ST derivat ultimo a Sacra Scriptura.

Saltem 14 contextus repetunt syntagma illud « discretio spirituum » ex 1 Cor. 12, 10 (iuxta 1 Jo. 4, 1 « nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint ») quo omnia saecula christiana creberrime usa sunt.

Spiritus hic intelliguntur omnes impulsiones interiores, cognoscitivae vel emotivae, ad amandum vel odiendum aliquid,

²² De spiritu prophetiae vide in: 63, 115-6, 223, 227, 264, 269, 278-9, 293, 300-1-2-3, 320, 323, 356, 426, 431, 475-6, 478, 644, 647-8-9, 652, 667, 687, 694, 706-7, 764, 792, 845, 1022, 1183, 1263, 1297, 1423, 1563, 1588, 1601, 1619, 1647, 1651, 1690-1-2-3, 1892, 1936, 1962, 1985-6-7, 2042, 2048.

Prophetae loquuntur vel ex spiritu suo vel ex spiritu Dei: 92, 181-2-3-4, 645. Quando loquantur ex spiritu proprio seu humano vide in: 79, 82, 90, 92, 131, 175, 177, 181-2-3-4, 305, 326, 528, 645, 650, 765.

Aliquid de doctrina circa prophetias vide v.g. in: Contra Gent. L. 3 c. 154; Secunda Secundae q. 171 ad 174; De Ver. q. 12; In Ad Rom. c. 1 l. 2.

Quo autem spiritu sit Scriptura interpretanda vide in: 67, 85, 97, 271, 309, 315, 336, 345, 353, 1258.

quae sunt indeliberatae et sentiuntur interdum valde vehementer, quin sentiatur principium seu agens a quo influuntur. Constat has non omnes a Deo esse nec omnes ad Deum ducere. Quare aptis methodo et disciplina debet quis eas examinare priusquam illis ad operandum assentiat. Vide notam ²³.

Versio aliqua moderna, certo multo 'laica', huius disciplinae de discretione seu analysi spirituum, invenitur in hodiernis doctrinis de intimis inconsciis et subconsciis eventibus et motibus et statibus, qui nos ad desiderandum vel dolendum provocant.

1225: *spiritus quandoque sumitur pro spirituali quadam operatione, et pro spirituali dono*; 1260: *desideria spiritus quae in sanctis facit spiritus sanctus*.

Conformiter ad hos duos locos, alios 25 contextus adunavi in quibus spiritus, quando vel est in casu genitivo vel regit casum genitivum, significat inspirationes et motiones interiores bonas, a bono ad bonum:

fructus spiritus: 988-9, 1067, 1267, 1302, 1346, 1414-5 et v.g. vide Primam Secundae q. 70 a. 4.;

primitiae spiritus: 1097, 1521-2, 1524, 1627;

opera spiritus (non idem ac septem dona Spiritus Sancti): 1090, 1322, 1379, 1380;

prudentia spiritus: 1224, 1851-2;

spiritus amoris, caritatis 343, 1469, 1956; concordiae 674; fidei 672; fortitudinis 1516; humilitatis 688; intellectus 1517, 1618; lenitatis 200, 484; magnanimitatis 467; poenitentiae 1535; timoris 299; vide etiam 1980-1 et 'spiritus vetus et novus' in 337, 1309.

²³ De discretione spirituum vide in: 20, 39, 57, 60, 75, 385, 407, 877, 1431, 1491, 1654, 1885-6-7, 1918, 2092, 2098, 2100, 2106, 2122, 2136, 2138.

In plus quam 20 aliis contextibus his opponuntur inspirationes et impulsiones malae, a malo spiritu, ad malum faciendum: 1490: *spiritus blasphemiae est voluntas blasphemandi* et 1566: *si vis concupiscibilis dicatur spiritus concupiscentiae*. Unde: spiritus blasphemiae 910, 1490, concupiscentiae 1566; contentionis 334; elationis 98; invidiae 343, 485; mundi (gen. sing.) 140, 166-7, 1935; servitutis 225, 339, 806-7, 830, 1955-6; superbiae 162, 1512; tristitiae 2023; vide etiam 713-4.

His plures adiungendi sunt contextus ex iis qui in nota 24 adducuntur.

7. ALIA BIBLICA SYNTAGMATA VOCIS SPIRITUS.

7.1. Notabilis quaedam pars contextuum, scilicet fere 250, continet oppositionem inter carnem et spiritum: vide notam ²⁴.

Interdum coincidit cum oppositione ontologica inter corpus et spiritum: v.g. 1898-9, 1926, 1930. Saepius tamen desideriis inferioribus desideria superiora, instinctibus rationem, corporalibus spirituales delectationes opponit, transitoris permanentes etc. In his locis spiritus sic carni oppositus significat desideria

²⁴ De oppositis carne et spiritu vide in: 150-1-2, 171, 173, 180, 247, 250, 316, 359, 364, 367, 371-2, 379, 380, 383, 392-3-4-5, 398, 412-3, 420, 423, 425, 436, 444-5-6-7-8-9, 450, 452, 461, 468-9, 470, 495, 499, 504, 507, 518-9, 540-1-2-3-4, 547-8-9, 551, 553-4-5-6-7-8-9-60-1-2, 564-5-6-7, 571, 574-5, 579, 580-1-2-3-4-5-6-7-8-9, 590-1-2-3-4-5-6-7-8-9, 600-1-2-3-4, 606, 610, 632, 679-80, 690, 700-1-2-3, 715-6, 737, 743, 791, 801, 808, 817-8, 824, 831, 838, 861-2-3, 865, 884, 888, 893, 895-6-7, 950, 977, 1007, 1067, 1079-80, 1088, 1100-1, 1120, 1130, 1145, 1148, 1161, 1178-9-80, 1196-7, 1208, 1212, 1216, 1229, 1230, 1248, 1259, 1266, 1278, 1283, 1299, 1315-6-7, 1356-7, 1361, 1365-6-7, 1369, 1377-8, 1382, 1390, 1399, 1428, 1430, 1527, 1621-2-3, 1653, 1659, 1661-2, 1872-3-4, 1880-1-2-3-4, 1898-9, 1900, 1911-2, 1916, 1926, 1929-30, 1947-8-9, 2003-4, 2006-7-8-9-10, 2012-3, 2015-6, 2025-6, 2054.

et aspirationes ad bona aeterna quas Spiritus Dei, ministerio interdum angelorum, suscitatur in anima.

Interdum e contra spiritus et caro associantur in dictionem *spiritus carnis*, quae internectitur cum dictionibus *spiritus mundi* et *spiritus diaboli*: 607-8-9, 708-9, 948, 962, 1051, 1102-3, 1295, 2020. In his locis spiritus significat desideria et aspirationes ad delectationes animales et mundanas, quas vel angeli falsarii vel instinctus naturae suscitant in animabus. Alibi vero (904, 1825: *ad praesentiam spiritus carnis pili inhorrescunt*) innuitur ille sensus horroris mystici qui exsurgit quando mysteria invisibilia et ineffabilia necopinato invadunt animam ut ab ea experimentaliter et conscie sentiantur praesentia. Alii adhuc loci, ut 374 et 1660, de carne Christi dicunt vel quod spiritualitatem in hominibus producit vel quo sensu Christus homo debilitati carnis indulserit timendo dolores passionis et mortis: v.g. vide Tertiam q. 15.

7.2. Fere 30 contextus, de quibus vide notam²⁵, continent celebres dictiones *pauper spiritu*, *pauper ex spiritu*, *paupertas spiritus*. In his spiritus significat vel animam vel animum vel animae 'iudicia valoris', a Spiritu Dei inspirata, quibus homo intendit in bona moralia et interiora potius quam in exteriores atque transituras divitias, scilicet in essendum potius quam in habendum.

7.3. Alii fere 30 loci componunt vel opponunt invicem voces *legem*, *libertatem*, *litteram*, *spiritum*. 696-7: *non littera sed spiritu*; 322: *qui spiritu ducuntur non sunt sub lege*; *lex spiritus*: 1215, 1264, 1362-3, 1538, 1628, 1842-3-4-5-6, 1994; 1059: *lex spiritus et vitae*; 1060: *lex spiritus et amoris*; 1139: *lex spiritus idest lex quae est spiritus*; 996: *lex spiritus dicitur lex nova*. Tandem in Super ad

²⁵ De pauperibus spiritu vide in: 73, 80, 87, 100, 176, 261-2, 291, 325, 1066, 1085, 1162-3, 1202, 1235, 1429, 1511-2, 1514-5, 1632-3-4-5-6, 1648.

Rom. c. 8 l. 1 inde a linea 169s lege: « lex spiritus [...] quae vel est ipse spiritus sanctus vel eam in cordibus nostri spiritus sanctus facit ». Libertas spiritus: 898, 1261, 1265, 1359, 1534 1629, 1630, 1640, 1646.

De his videri etiam potest Reportatio Super 2 Cor. c. 3 l. 3 inde a linea 200.

7.4. Duodecim alii contextus interserunt voces *aquam, baptismum, sanguinem, spiritum*, 331, 827: *corpus aqua et spiritum spiritu lavabit*; aqua et spiritus opponuntur vel in abl. absoluto vel cum praepositione in vel per, in 84, 208, 233, 245, 324, 761, 966; de baptismo spiritus (flaminis), aquae et sanguinis fit mentio in 1074, 1525, 1934, 1938; vide etiam 1915. De hoc vide v.g. Report. Super Ev. Joh. c. 3 l. 1 inde a linea 400. Aqua ut extrinsecum signum physicum opponitur Spiritui Dei qui in baptismo animam interius reddit suae divinae naturae consortem. Baptismus autem spiritus est baptismus desiderii, qui distinguitur a martyrio seu baptismo sanguinis et a baptismo aquae seu sacramentali.

7.5. Tandem alia variaque syntagmata biblica continentur in aliis fere 70 contextibus.

in spiritu et veritate: 199, 200-1, 205-6, 221, 235-6; v.g. 201 *in spiritu et veritate orat qui ex instinctu spiritus ad orandum accedit*; 1069, 1084: *verba quae [...] spiritus et vita sunt*; 132, 253: *spiritus oris eius*.

manifestatio spiritus: 907, 1160, 1176, 1400, 1454, 1459, 1600, 1961; 750: *dat spiritum bonum petentibus*.

gladius spiritus: 577, 1286: *quia non penetrat usque ad spiritum nisi ducatur a spiritu sancto* et v. 1149.

tradidit, emisit spiritum: 481, 511, 536, 754, 785, 815, 826, 847, 849, 857, 1123.

De Gen. 2, 7 « inspiravit in faciem eius spiraculum vitae » et Rom. 8, 2 « lex spiritus vitae », plures adsunt contextus in nota ²⁶, in quibus eadem verba videntur significare interdum flatum, interdum animam, interdum vitam, interdum Spiritum Dei.

Sed nec pauci sunt, in nota ²⁷, contextus qui varia ratione loquuntur de unitate spiritus ita tandem ut illam significant animorum concordiam qua spiritus creati co-uniuntur, per gratiam Spiritus Sancti, ut fiant unus cum Deo spiritus.

8. ST ANALYSIS SEMANTICA VOCIS SPIRITUS.

Scribens 1498: *ratio illa procedit ex aequivocatione spiritus*, ST ostendit scire se hanc vocem tam multa significare ut revera aequivocationes inde timeri possint. Attamen circa alii 70 extant contextus, de quibus vide notam ²⁸, in quibus explicat et originariam aliquam significationem vocis *spiritus* et rationes quibus ad significandum tam diversa haec eadem decursu temporum applicata fuerit.

8.1. Pauca hic adduco, quae lectorem provocent ad perlegendum plura inter Excerpta.

1110: « nomen spiritus in rebus corporeis impulsionem

²⁶ De spiraculo vitae et lege spiritus vitae vide in: 633, 739, 747, 757, 1502-3, 1565, 1625, 1667, 1669, 1674, 1777, 1839, 1840, 1850, 1861, 1943.

²⁷ De unitate spiritus vide in: 512, 1006, 1205, 1270, 1298, 1320, 1639, 1643, 1838, 1862, 1876, 1954, 1974-5, 2032. Vide praeterea notam 20,

²⁸ Analysim semanticam vocis spiritus vide in: 22-3, 30, 366, 386, 459, 513, 545-6, 641, 722, 842, 872, 881, 903, 986, 995, 1001, 1026-7, 1034, 1110, 1127, 1154, 1222, 1232, 1238, 1287, 1293-4, 1338, 1412, 1445, 1448-9-50, 1462-3, 1497-8, 1578-9-80-1, 1790-1-2-3, 1805, 1866, 1939, 2021-2, 2024, 2033-4-5-6, 2044-5-6-7, 2134.

quamdam et motionem significare videtur, nam flatum et ventum spiritum nominamus » (ex Prima q. 36 a. 1 co.);

1790 ss: « ea vero quae habent occultum principium sui motus, spiritus nomen accipiunt: sic enim venti spiritus dicuntur, quia eorum afflationis principium non apparet. respiratio autem et arteriarum motus ab intrinseco et occulto procedens principio, spiritus nomen accepit: unde convenienter [...] ipse divinus amor procedens spiritus nomen accepit » (ex De Ration. Fidei c. 4 inde a linea 25);

« spirituale enim significat aliquid incorporale et immateriale et intelligibile » (ex In De Div. Nom. c. 2 l. 4 inde a linea 175);

1866: « nomine autem spiritus vis quaedam vitalis et cognitiva et motiva intelligitur » (ex In 1 Cor. c. 2 l. 2 inde a linea 345);

1287, 2046-7: « isti (angeli) autem dicuntur spiritus, quia omnis substantia invisibilis dicitur spiritus; unde et aer dicitur spiritus ». (ex Report. In Hebr. c. 1 l. 3 inde a linea 339);

1412: « spiritus vero in rebus corporalibus dicitur quid subtile, et ideo significat substantias immateriales » (ex Report. In Hebr. c. 4 l. 2 inde a linea 277).

8.2. Paragraphi autem longiores quos collegi hanc semanticam analysim vocis *spiritus* continentes, sunt:

In 1 Sent. d. 10 q. 1 a. 4 co.

d. 18 q. 1 a. 5 exp. textus

d. 34 q. 2 a. 1 co.

In 3 Sent. d. 2 q. 2 a. 1 qc. 2.

Contra Cent. L. 4 c. 23 n. 2.

Prima q. 37 a. 3 co.

Report. in Ev. Joh. c. 3 l. 2 inde a linea 100.

Report. in Eph. c. 4 l. 7 inde a linea 120.

Report. in 1 Thess. c. 5 l. 2 inde a linea 200.

8.3. Ex his locis, attentae analysi subiectis, haec tandem constant esse pro ST praecipua elementa componentia significationem vocis *spiritus*. Haec vero circa tres polos ordinantur.

Spiritus est quilibet impulsus — seu motus quem quis non deliberat sed patitur (italice *una spinta*), — invisibilis — a principio extraneo — et occulto.

Homini adsunt impulsus vel exteriores ut aeris, vel interiores et vitales, ut vires et instinctus corporis, vel interiores et cognoscitivi, ut desideria et imaginationes.

Aer, quia invisibilis, id fecit ut etiam agentia invisibilia superiora, quae scilicet corporibus praesunt, vocarentur spiritus. Hae invisibiles realitates illae sunt quae tandem ac ultimam omnes motus interiores animae hominis, quae est spiritus, et excitant et movent.

8.4. De subtilitate et invisibilitate cuiusdam partis universi corporalis, plura passim occurrunt, sed vide v.g. In 4 Sent. d. 44 q. 2 a. 2 qc. 1.

8.5. Pro ST ergo conceptus et vox *spiritus* videtur pertinere ad theoriam generalem activitatis et passivitatis, seu dynamicitatis rerum, utpote qui est notio impulsionis vel invisibilis vel interioris, ad agendum, quae ab alio, etiam quando interior, provenire sentitur. Hos autem impulsus ST videt esse tandem rivulos ex universali vi amoris.

Metaphoram vero augustinianam « hoc facit in spiritibus amor quod in corporibus pondus » ST citat quidem (22, 23, 30) sed numquam adhibet ut propriam.

8.6. Plura ex iis quae in hoc romano Colloquio leguntur de spiritibus vitalibus, forte insuper confirmabunt vocem *spiritus* pertinuisse per saecula ad dynamicas lexicis voces. Talis perse-

veravit usquedum doctrina medico-biologica de spiritibus corporalibus florebat agnita et communiter recepta. Postquam autem obsoleta disparuit, vox *spiritus* in lexico communi transivit connumeranda ad voces potius ontologicas et ut ita dicam staticas.

8.7. Notandum vocem *spiritus* in ST saepe prae se ferre specialem typum semanticitatis. Volens enim classificare unumquemque ex his 12.000 contextibus iuxta capita hic descripta sub nn. 2-6, tandem, probando ac reprobando, mihi visus sum coactus admittere vocem *spiritus* saepe unam ex illis — ventum, inspirationem, animam, angelum, Deum — ita significare ut aliae etiam consignificatae convocentur et connotentur, scilicet non clare et distincte unam tantum, sed confuse plura, aliquo tamen ordine.

Hunc typum semanticitatis, seu habitudinis inter signum significans et notionem significatam, vocare velim voces apertas aut panoramicas, vel voces-fulcrum aut voces-axis, circa quas, veluti in rota, aliae convolvuntur connotatae et correlatae. Vere, hae voces non possent dici collectivae; aperiuntur enim in zonam aut ambiens aut regionem quamdam aut systema rerum ac virium, in unum scilicet quod ideo est unum quia sunt plura diversaque simul unita. Mihi autem certum est hanc categoriam semanticitatis debere inter syntacticas annumerari, quae scilicet structuram sententiae et non morphologiam vocum consequuntur.

Quasdam voces posse hoc modo adhiberi in sermone, videtur posse esse quidem deliberatum artificium styli, sed etiam forte inconscie ex ipsa natura argumenti interdum derivari.

Huiusmodi esse plures occurrentias vocis *spiritus* in Scripturis, ipse ST videtur animadvertisse cum vel plures possibiles interpretationes eiusdem loci proponit (vide notam 29) vel plures realitates in eadem sententiam compactas exprimit

quae singulae vocantur spiritus, v.g.: 1286: *praedicatio dicitur gladius spiritus, quia non penetrat usque ad spiritum nisi ducatur a spiritu sancto*; 265: *propria voluntate per instinctum spiritus sancti*; et vide 441, 569, 572, 626-7-8-9-30, 858, etc.

9. APPENDIX DE HISTORIA VOCIS SPIRITUS.

Inquisitionem comparativam de momento et loco quem thomistica vox tenet in generali historia huius vocis, meum non erat aggredi. Ceterum nec multa adhuc exstant documenta comparabilia Indici Thomistico, nec nostra haec vox potest peculiariter thomistica dici sed nec specialis significationis. Certo erat vox communissima communissime adhibita. Eius ergo chronologica et diachronica analysis deberet fieri analogo modo ac historia vocum 'aqua, homo, panis', non autem eodem modo quo deberet fieri historia vocum specialium ut v.g. 'abstractio, arbitrium'.

Vox *spiritus* non potest ergo dici esse typica lexicum thomi-

²⁹ De ratione qua ST suam hermeneuticam artem exercitio comprobaverit, inquisitionem quis non inutilem ageret. Ad exemplum, aliquos indico locos in quibus ST multiplices interpretationes adducit:

in In 4 Sent. d. 44 q. 3 a. 2 utrum ignis inferni sit corporeus et utrum sit sub terra;

in Contra Err. Graec. p. 1 c. 13 et 27;

in Super ad Gal. c. 5 l. 4 inde a linea 100;

in Super ad Eph. c. 4 l. 7 inde a linea 175;

in Super ad Hebr. c. 4 l. 2 inde a linea 325.

Verbi gratia in Super ad Eph. c. 2 l. 1 inde a linea 132:

« Advertendum etiam quod una littera habet *spiritus* et sic est genitivi casus, et ponitur singulare pro pluralibus quasi dicat: *spirituum*. Alia littera habet *spiritum*, et tunc est accusativi casus, ut dicatur: *secundum principem spiritum*, id est qui princeps est spiritus ».

De continuatione autem inter Spiritum Sanctum et inspirationes et spiritus hominum vide in Prima Secundae q. 68 a. 3.

stici. ST ea utitur conscie ut testis sui temporis et quaecumque de ea dicit, attribuit usui communi in sui temporis cultura et sermone. Evidens est hanc culturam debere ut christianam definiri. In eaque vero fons praecipuus est Sacra Scriptura: dico 'praecipuus' quia certe terminologia spirituum vitalium ex graecis derivata fuerat. De voce *spiritus* in Scripturis multa iam edita prostant. In recentissimis concordantiis versionis Veteris Latinae, a B. Fisher OSB apud Frommann-Holzboog, Stuttgart, omnes loci praebentur in duas series distincti: de spiritu divino deque reliquis significationibus. In hac separatione quis difficultates patietur in illis non paucis locis in quibus *spiritus* vox potius panoramica plurium est quam indicativa unius, ut nuper dicebam.

Summarium autem significationum biblicarum quod exstat v.g. in Vocabulaire de Théologie Biblique, dir. X. Léon-Dufour, Ed. du Cerf, Paris 1970 ('esprit' coll. 388-401) si comparetur cum iis quae supra resumpsi ex ST, ostendit ST, saltem lexicalliter loquendo, plus minusve iisdem valoribus voce *spiritus* uti, nec ullum alicuius momenti addidisse valorem nisi de spiritibus vitalibus. Ex iis vero inquisitoribus qui sub ductu F. Poswick OSB apud Maredsous adlaborant concordantiae Bibliorum informatice producendae, dominus G. Froidcoeur benigne ad me praemiseraat descriptiones ostendentes *a.* quae diversae voces hebraicae, latinae, gallicae, anglicae fuerint adhibitae in versione vocis graecae 'pneuma', addita singulis sua quantitate occurrendi; et *b.* vicissim de unaquaque harum quales alias graecas voces eadem verterit in aliis locis.

Haec methodus translationum analytica, quam automata possibilem tandem reddiderunt, nova certo sed et utillima et laudanda valde statim apparuit: multa enim ex huiusmodi documento inexpectata emergunt, notatu digna, de structura sermonis, lexicis et semanticis.